



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 20. Diversæ Alexandri Papæ Constitutiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII.
A. C. 1663.

§. XIX.

*Tornacensis Synodi Diœcesanæ de
creta, & Monasteriensis Epi-
scopi epistola Pastoralis.*

*Concil. Germ.
tom. 10.*

Rurfus hoc anno die decima Maji Fran-
ciscus Villani a Gandavo Tornacensis Episcopus suam celebravit Synodum, in qua potissimum statuta priorum Synodi exactius observari præcipiens inter alia decrevit, ut Capellani Parochos in Sacramentorum administratione aliisque functionibus adjuvent nec illis exprobrent, quod eis nullam subjectionem & obedientiam præstare teneantur, sed ab omni eorum cura exempti sint. Pariter Christophorus Bernardus de Gallen Monasteriensis Episcopus die sexta Octobris pastorem edidit Epistolam, in qua suum Clerum hortabatur, ut edicta, quibus in aliis Synodis fidelium crimina coercerentur, in usum deducere satagerent. *ne divina bonitas hominum peccatis ulterius lacescita a Turcarum tyrannide eos opprimere & in dirissimam servitutem pertrahi possent.*

§. XX.

*Diversæ Alexandri VII. Papæ
Constitutiones.*

Plures prostant Constitutiones ab Alex-
 xandro VII. summo Pontifice ema-
 natae, quarum una die decima tertia
 statuit, ut Fratres Laici Ord. FF. Dis-
 calceatorum Redemptionis praeter tria
 vota quartum emittant de non trans-
 eundo ad Statum Clericalem vel Sa-
 cros Ordines, nullumque jus suffragandi
 in quocunq[ue] negotio habeant. Sanc-
 vit etiam die trigesima Maji, ne Fra-
 tres Ordinis Praedicatorum ante ex-
 pletos annos a Tridentino praescriptos
 ad S. Ordines ascendant. Prohibuit
 quoque die vigesima Novembris inscri-
 ptiones omnes imaginum SS. Francisci
 & Antonii de Padua, in quibus dicitur,
 quod hoc habitu usi fuerint, vel
 quod in hoc vel illo Ordine S. Fran-
 cisci sint veri legitimi & non interrupti
 Filii sancti hujus Patris.

Saec. XVII.
 A. C. 1663.
 Bull. magn.
 Const. Alex-
 and. VII.

§. XXI.

*Petrus de Arbues Canonicus Caesar-
 Augustanus ab Alexandro VII.
 Beatorum Albo inscriptus.*

Hoc item anno die decima septima
 Aprilis Alexander VII. Papa Vene-
 rabilem Petrum de Arbues Metropolita-
 nae Ecclesiae Caesar-Augustanae Ca-
 nonicum & primum apud Arragones
 Inquisitorem Beati nomine nuncupan-
 dum

Bull. l. c.
 Const. 139.